St. Gallen oder Regensburg, 2. Drittel 9. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



118

dis mei · & pars mea ds in eternum ℣ Quia ecce qui elongant se a te peribunt · perdidisti omnem qui fornicatur abs te ℣ Mihi autem adherere deo bonum est · ponere in dno deo spem meam ℣ Vt adnuntiem omnes predicationes tuas · in portis filie sion: ℣ INTELLECTUS ASAPH ℣ Synagoga deplorat · cur sci traditi fuerint gentibus ℣ QUID deus reppulisti in finem · ira tua super furor tuus super oues pascue tue ℣ Memor esto congregationis tue · quam possedisti ab initio ℣

bonum intellectum significat · cum se errasse sentiebat, illius hominis pars ds est · quis se maiestatu ipsius et credulitate consolat, in aeternum · semper esse se ipsi adherere promisit ℣

Si enim diuinitati adhaeret · quis se illi ueru fide atq; operum probitate coniungit, et ponit semper spem suam in deo ℣

Intellectus · significat inspectionem diuinam · quam psalmus iste denuntiat, Asaph interpretatur congregatio · quae nunc uocatur ecclesia ℣

Congregatio inuidorum · cui denter preualuit · cum eos sub aegypti populo crescere faciebat, ab initio dicit fidei scilicet culturae · quam per moysen accepit ℣

Illi enim se elongauerunt abeo · qui idolis seruiebant, et fornicari est ad deum · quando ad ulteriores cogitationibus · ab eius casto amore deuiamus, et quicquid contra catholicam fidem creditur · pollutis sensibus fornicatur ℣

Sion · speculatio interpretatur, iste ergo contemplationis filia catholicam constat esse ecclesiam, ubi reuera laudes dni redditur · qui pure mente crediderit, in portis · ipsum ingressum xpianitatis dicit ℣

Ira heliotarum populus · per totum loquitur psalmum, quaerebat territus cur sanctuarium dni passurum esset nefandissimam uastitatem, et reppulisti · id abiecisti quasi alienos a tua defensione feceris, in finem · captiuitatem significat · quae fuit tempore uespasiani et titi, et oues · dicit populum iudeorum ℣